



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1479. usque ad annum 1494

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118340

§. 14. Ferdinandus ob violatam fidem excommunicatus

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66444](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66444)

Sæcul. XV.
A.C. 1485.

§. XIV.

*Ferdinandus ob violatam fidem
excommunicatus.*

*Marian. hist.
Hisp. l. 25.
c. 7.*

*Bzov. ad
ann. 1487.*

Attamen Ferdinandus non solum Proce-
res regni opprimere continuavit, va-
riisque suppliciis eorum nonnullos e me-
dio tollere præsumpsit, sed etiam cen-
sum Ecclesiæ Romanæ solvere detrecta-
vit; & quamvis a summo Pontifice serio
admonitus, atque rogatus esset, nihilo-
minus nil præter cavillationes & ludi-
eras illusiones reddidit: quapropter ab eo
tandem anathemate percutus, regnoque
suo privatus est in gratiam Caroli Fran-
corum Regis, qui illud regnum ad se ju-
re pertinere affirmabat.

Confecto hoc bello Neapolitano, In-
nocentius Ursinos & Columnenses adhuc
discordes summa diligentia conciliabat,
urbemque quieti restituere, ac annonæ
ubertate prosperam reddere satagebat;
cum vero hoc bello ærarium penitus ex-
haustum esset, Sixti Prædecessoris sui
exemplum secutus, *Plumbatores Bulla-
rum, & Secretariorum Collegium* instituit.

§. XV.

*Pontificis literæ ad Episcopum Passa-
viensem, & Austriæ Archiducem.*

*Raynald. ad
hunc. ann.*

In Bohemia Hussitarum Hæresis altio-
res indies radices agebat, præcipue
cum